

Nam Thomas statuit, V. T. Sacramenta non potuisse mundare à culpâ: id vero affirmat Bonaventura, cuius sententiam ut solidiorem Estius sequitur, reprobans Thomæ opinionem.

*An ex opere operato profint sacramenta?*

1. Disconvenientia. Phrasin istam, ex opere operato, ut 1. Barbarum, 2. & Sacris literis invisam explodit Soto, & 3. Patribus non frequentatam, teste Tapero, & citante illos Chamiero, Tom. 4. lib. 2. cap. 1. §. 7. Approbat tamen hanc phrasin Estius in 4. Sentent.

2. Disconvenientia. Quid propriè sit opus operatum, & in quo consistat, miris modis disceptant Scholastici. Vide de hac re unū Vasquetz. Sat erit, & adde, si vis Pesantium in Thom. fol. 852. disput. 1. 2. 3. 4. quæst 62.

*An Sacra menta V. legis causaverint gratiam ex opere operato?* Scotus & alii affirmant. Sotia alia est opinio. Negat plane Canus, teste Didaco Nugno fol. 189. Tom. 1. in 3. Thom:

*An passio Christi fuerit causa efficiens gratiæ sacramentorum in V. Testamento?* Affirmat Sotus. Negat Didacus Nugno fol. 191. a. in 3. Thom. Tom. 1.

An